

Addit. ad Covarruvias

- 4 quas falsas esse ipse evidenter cognoscit, Morla num. 27.
 In Principis debet juxta veritatem, de qua sibi constat, judicari. Menoch. d. quest. 8. num. 21. Dec. cons. 463. in fin. Ruin. lib. 6. num. 26. lib. 5. Brun. cons. 81. num. 1. Paris. cons. 118. num. 13. lib. 1. Nam cum alteriori Principis publica fides sit adhibenda etiam in Tertiij præjudiciis Talc. lit. P. concl. 681. num. 1. D. Lat. alleg. 60. n. 2. 8. Ant. Gab. lib. 1. commun. 11. de probat. concl. 1. num. 12. Mascal. concl. 139. num. 10. Farin. de testib. qn. 63. cap. 3. num. 82. 1. 5. tit. 1. par. 6. l. omnium 19. 9. 1. C. de testament. Clement. 1. de prob. ubi plurimos allegat Bart. in collectan. num. 6. debet veritatem sibi patentem manifestare, & secundum illam, causam definire; propria enim auctoritate suam sententiam justificat, quod inferioribus Judicibus datum non est; quare iuxta allegata, & probata, judicare coguntur, Menoch. q. 76. n. 2.
- 12 Idem, quod in Principe, admittit in Prelato Regulari, quoad causas subditorum, Pellizzari. supr. tom. 1. tract. 7. cap. 1. numer. 14. Licet Episcopi debeant ex actis judicare, Bald. in cap. 1. §. Sacramentum, in consuetud. rect. feud. Otoisci. in d. §. veritas, num. 16. Jaso in l. 1. infine, ff. de in lit. iur. Gotier. d. cap. 19. num. 10. Pacian. in addit. d. cap. 67. n. 9. lit. A.
- 24 Arbitror etiam potest negotium sibi commissum juxta veritatem sibi notam definit, Tusch. supr. lit. I. conclus. 3. 8. num. 21. in fine; Bald. cons. 140. in fin. lib. 1. Sunt aliqui casus, in quibus permititur Judicibus Principe inferioribus ex sua privata scientia juxta veritatem judicare, quos congerunt Morla a numero 28. Tusch. ubi proxime, numero 19. cum seqq. Mascal. d. conclus. 450 a numero 4.
- Ad Num. 8.
- 26 Consequenter dicendum est, privatam juxtantis scientiam nihil interesse, ut accusatore, aut auctore non probante, reus definitivè, vel ab observatione judicij absolvatur, sed ita absolvendus erit, ut acta depositant; Morla num. 26.
- Vers. Ex quibus tandem.
- 27 Accusatore non probante in criminalibus, quid Judicij faciendum, cum de re innocentia non docetur, maximè disputatur. Sunt qui existimant, causam indeciam relinqui oportere, accusato subficti oribus dimisso, aut sine illis, si ipsos nequit habere; per textum in l. si qui adulterij 34. C. ad leg. Jul. de adulter. ita Salct. in l. 3. quest. fin. C. ad leg. Jul. Majestat. Paris. de Puseo de syndicat. verbo, Visio de repet. torur. col. fin. Hippo. yt. de Mars. in l. repeti, num. 36. ff. de question. & in prax. crim. § quoniam, num. 49. Paul. Gilland. de relaxat. incarcerator in rub. de absolv. innocent. Albertic. in l. Divus Marcus, rotab. 1. ff. de offic. Praefid. Alij tenent reum definitive absolvendum, aut quod si aliqua pena pro qualitate praesumpti onum & indiciorum imponatur, Ant. Goim. var. lib. 3. cap. 1. num. 28. vers. Sed his non obstantibus, ubi latè probat: Scoccia de judic. lib. 1. cap. 95. num. 1. Simancas de Catholic. infiunt. cap. 63. num. 36. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 1. §. 12. num. 21. Alij sentiunt cum D. Covar hic, accusatum ab observatione judicij absolv. debet, Menoch. de presumpt. lib. 1. pref. 93. & num. 2. Jul. Clar. in prax. crim. quest. 62. num. 2. vers. Forma autem, Pacian. d. cap. 67. num. 42. Farin. in prax. crim. tit. de Inquisit. quest. 4. num. 27. vers. Quid dicendum, ubi de praxi testatur; & quid si per torturam purgenus indicia? num. 16.
- Ibi: In civilibus sane controversis.
- 28 Quid in civilibus casis observandum sit, auctore non probante, non minus controversitur, sed quod frequentius receptum est, quibusdam propositis casibus apparet. Primus est, cum lite jam contestata judex terminum probatorum assignat, intra quem si auctor de jure suo non docerit, reus definitivè venit absolvendus, Jaso in l. fin. num. 50. vers. Sed ego intelligo. ff. de feriis, Mascal. tom. 1. concl. 36. num. 58. vers. Decimo ampliatur, Pacian. d. cap. 67. n. 33. 34.

Secundus casus cum terminus ad probandum nullus est datos à jure, vel ab homine (ali quando enim statuto, tempus ad probandum, finiendamque litem præterbitur, Bald. in capit. fin. num. 11. vers. Et hoc verum de jurejur. Pacian. num. 35.) & erit reus ab observatione judicij absolvendus, Bart. in l. admonendi, num. 13. vers. Quero primò, ff. de jurejur. Pacian. cum multis, numero 43.

Tertius, quando Arbiter, aut Judex, ex partium consensu delegatus, teneatur intra certum dictum causam terminare: nam si auctor non probaverit, reus definitivè debet absolviri, terminus enim ille censetur etiam ad probations assignatus, accorique se astringit ad docendum intra illum de jure, quod habet; quare opus non est, ut terminus specialiter assignetur, Felin. in cap. venerabilis, col. pen. vers. Datur & alia canela, de judic. Castren. in l. properandum, §. & si quidem, num. 9. vers. Addo quod dicit, col. 4. C. de judic. Pacian. num. 30. cum seqq.

Quartus, cum lis contestata non facit; & tunc reus solum à judicii observatione absolvitur, quoniam ad definitivam, lite non contestata, procedi non potest, nisi in casibus permisss., quorum meminit Gof. verb. regulariter, in capit. quoniam frequenter. §. ut lite non contestata Abbas in capit. fin. §. sane, num. 6. vers. Item oportet quod lis, col. 2. de jurejur. Pacian. num. 59. qui materiali istam egredi, siveque petractat.

Ibi: Ne quidquam refert, reum nolentes contestari.

Hec l. 1. tit. de las contestaciones, lib. 3. ordinari. quæ 19 est l. 1. tit. 4. libr. 4. Recopilar. esti in Supremis Tribunibus non practicetur, ab inferioribus Judicibus est observanda, Matienç. supr. cap. 44. num. 6. Avendañ. resp. 1. num. 22. paz tom. 1. par. 1. tempor. 6. num. 44. 45. Gutier. praticar. lib. 1. quest. 46. num. 2. Did. per. in d. l. 1. ordinam. Monterol. in sua practica, tract. 5. fol. 82. ad fin. Salazar. de usu, & consuet. vers. Preparatea. fol. 13. Bolan. in Curia, part. 1. §. 14. num. 10. Eti contrarium affirmit Olan. in concord. jur. lit. C. num. 101. Apud quos de praxi praefatae constitutionis.

Ad Num. 9.

Est opinio communis, quæ docet, sententiam, quæ ex actis nequit justificari, nullam esse; Marescot. variar. lib. 2. cap. 107. num. 1. Vant. de nullitat. ex defectu process. num. 14. Grat. discepit lib. 3. cap. 531. num. 61. 62. Farin. in civilib. aniq. decif. 66. num. 2. & in novis decif. 77. Ricci. in praxi for. Ecclesiast. tit. de juri. Patronat. decif. 215. Cyriac. tom. 2. controversial. 380. num. 13. Hermosill. in l. 32. glos. 1. num. 291. tit. 5. par. 5. peregr. cons. 29. num. 9. vol. 4. Rota decif. 443. num. 8. 1. par. diversor. & decif. 704. num. 2. Quod adeo verum est, ut Partium consensu non possit sustineri, Hermosill. ibidem, nec in rem judicatarum transitum faciat, p. te. de if. 369. lib. 1. Seraphin. decif. 161. Bellamer. de if. 340. Hermosill. ubi supr. Sed sententia lata ex confessione Judicij etiam ut tali facta, de qua in processu non appetit, ex actis justificari non potest. Igitur est nulla. Nec intererit, quod Judex exprimat in sententia, eam confessionem sibi sufficie factam, quoniam ejus dicto credendum non est, cap. cum à nobis 28. de testib. ubi Felin. num. 5. vers. Secunda conclusio, Jaso in l. 2. §. si absens. num. 10. vers. Ego teneo contrarium, col. fin. ff. si ex noxal. caus. agat. Pacian. d. lib. 1. cap. 48. num. 10. & diximus supr. num. 14. Emmann. quest. regal. tom. 2. quest. 13. art. 2. a princ. & vers. Corroboration.

Quibus non refragatur Butr. in capit. quoniam contra, col. pen. de probat. quem sequuntur Felin. ibi, num. 28. vers. Quintus casus est, col. 14. & alij communiter, dum docent, valere sententiam, qua Judex pronunciat: Absoluta Cauim, quia mutua probatum non est. Quoniam ex actis constet, auctorem plenè mutuum probavisse. Hoc enim ideo verum est, quia ab animo, & arbitrio pendet Judicis, quanta fides sit testibus adhibenda; l. 3. §. 1. ff. de testib.

Variar Resolut. Lib. I. Cap. I.

- testib. qui tametsi quoad verba intentionem auctoris concludenter probaverint, ipse nihilominus Judex ponitur re ère ex trepidatione, alpeccu, aliive circu stantibus, corrum depositionibus non credere, Bart. in l. Lucius in fin. ff. de iis, quest. notent. infam. Bald. in l. cum magistratus, C. quand. provoc. non est neces. G. aumat, plures laudans decis. 34. num. 46. 47. Menoch. de arbitriu. lib. 1. cap. 90. num. 5. Quæ incredulitas, cum lateat, ac resideat in animo indicantis, ex actis percipi impossibile est, ita necessario in his ipsi fides adhibetur, Menoch. sap. lib. 1. quest. 76. num. 12. Jas. in §. sed. iste. el. 2. num. 54. Inst. de action. Qod aliter se haber in confessione Judicij facta, quæ cum auctus Partis exterritos sit, debet ad c. redigi, ut sic sententiam constet esse justam.
- 32 Ex quibus redditur difficilis D. Covar. assertio, quæ tamen vera erit, si Judici concessum sit, ut sine scriptis in causa procedat, nam iunc sententia, in qua mentio fiat de confessione facta Judicij ut tali, sustinebitur; quoniam ejus dicto credendum est, Bart. in amb. nisi breviores, in fin. C. de sentent. ex perio. recitand. Pacian. d. lib. 1. cap. 48. num. 78. Jaso in l. admonendi, in 2. lettur. num. 168. vers. Facit ad prædictorum confirmationem, ff. de jurejur. Ant. Gab. commun. lib. 1. concl. 1. de testib. num. 56. vers. Decimo sexto limita, Crot de testib. par. 6. num. 28. vers. Octavo, & ultimo fallit. Sed si is, de cojus confessione Judex testitus est, eam negaverit appellans, sententia revocabilis, nisi testibus proberet confessio; licet enim permisum sit in causa sine scriptis procedere, non ideo Judex non tenebitur testes adhibere in eis, quia substantia judicij sunt, ut confessio, alioqui de justitia sententiae constare non poterit: & ita intelligentiam sunt praefati D. afferentes, hujus Judicis alteriorum standum esse, & D. Covar. qui Doctinam istam generaliter tradidit, Pacian. supr.

Ibi: Unde ipse inferno intellectum.

- 34 Exhibitio instrumenti quomodocumque facta. Judicij minime probat, sed necesse est, ut realiter producatur in actis; Abb. in cap. imputari, 2. notab. de sile instrument. Bart. in extravaganti, Ad reprimendum, verbo, de plano, num. 3. Parej. cum plurimis, de instrumenti. edit. tom. 2. tit. 7. resolut. 6. num. 6. Maranta in prax. par. 6. actis 8. num. 35. Vantius de nullit. ex defecitu citation. num. 55. Gratian. supr. cap. 121. num. 33. & cap. 725. num. 29. Posilli. de manent. observat. 69. num. 22. & observat. 97. a num. 1. nam, ut instrumentum proberet, necesse est, ut vel ipsum, vel tenor ejus de verbo ad verbum in processu relinquatur, quæ realis productio nuncipatur: Pareja num. 2. Oliver Beltram. in Addit. ad Alexand. Ludosif. decif. 59. num. 11. Alioqui verbalis est productio, quæ ad probationem nihil prodest, Pareja num. 5. 6. Unde sententia lata ea instrumento Judicij, ut tali, nota, de quo in actis non appetet, ut diximus, erit omnia nulla: Pareja num. 7. Bart. fabr. d. num. 3. ibi: Quia per hoc solum quod exhibetur coram Judice non fieret probatio. Ex his difficile defendi potest: Covar. contra. tertia teolotio.

Vers. Septimo sunt, qui in hac diff.

- 37 Judex legi charitatis sola obligatur ad liberandum coriectum de criminis, quem ipse insolente privatum fecit: Sanch. d. dub. 16. num. 13. ubi alii, eis contra. alii placeat: videatur Diana d. resolut. 22. Unde tenebitur ea adhibere media, quæ sibi valde nociva non sint; non tamens cedere Magistratu, neque bonorum iacturam pari, quia lex charitatis cum tanto detrimento non obligat, Sanch. numer. 14. Lugo d. aisp. 37. num. 41. 49. Nec cum quis patitur ex malitia alterius, compellitur aliquis cum magno incommodo illi subvenire, Sanch. ibidem, Gutier. d. quest. 29. num. 12. vers. Hoc tamen remedium, Cordub. d. libr. 1. question. quest. 37. Vers. Secundo corollari sequitur, Jul. Clat. in prax. crim. §. fin. quest. 66. Sot. d. lib. 5. quest. 4. art. 2. Iud. vero medium remittiendi causam ad Superiorum indecisam, & apud ipsum de innocentia damnandi deponere, tunc ne-
- cessitatem debet adhiberi, quando verosimilis subsit spes, ut per hoc innocens absolvatur, non alias; Sanch. num. 13. apud quem Cordub. vers. Ex hac opinione, & sicutur Sylvester. Alens. Tabiena, Cajet. Viguer. & alii, quos referunt Panormitan. in cap. pastoralis, de offic. & potest. judic. delegat. Angles in florib. Theolog. quest. de restitut. in j. in judicio Commissa in conclusa quæ incipit: Judex damnans, pag. 243.
- 38 Similiter, si Judex credidit, innocentem profuturam, debet pronunciare, sibi de causa non liquere, non mentiendo; nam pro vita proximi mentiri non licet, cap. ne quis, cum seq. 2. quest. 2. Sed utendo abstractione, ut docet Gof. in d. cap. ne quis. Et quidem verum est, de causa, ut oportet, judici non liquere, cum ex falsitate probatio iniquum innocentem reus convincatur.

Ad Num. 10.

Exequitor non potest exequi sententiam notoriè in justam; aut errorem intolerabilem continentem, Sanch. d. cap. 1. dub. 13. num. 1. Cordub. supr. vers. Tertio corollarie D. Thom. 2. 2. quest. 64. art. 6. ad 3. Gutier. num. 15. Menoch. de arbitriu. lib. 1. quest. 38. num. 21. Azeved. in l. 15. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recepit. Gratian. Falcon. reg. 422. num. 8. Navarr. in cap. cum contingat. remed. 1. num. 7. de rescripti. Salzed. ad Bernardi. Diaz in prax. cap. 15. num. 12. vers. Verum. Alioqui quamvis sententia iniqua sit, ipsique executori constet, eam exequi tenetur, Navarr. ubi proximè. Affid. decis. 220. Cevall. tom. 1. de cognit. per viam viol. glos. 6. num. 137. Gutier. supr. Maratta de ordin. judicior. par. 4. diff. 1. a n. 4. Gigas de crimin. 1. se Majest. tit. qualiter in crimin. lesa Majest. procedit quest. 16. num. 13. Belluga in specul. Princip. rubr. 11. §. tractandum. num. 4. Jacob. de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 10. n. 13. Ponormit in d. cap. pastoralis, §. quia vero, n. 2. de offic. judic. deleg. Sed si commodè potest, le abstinentia debet, Gutier. ibid. Sanch. n. 4. & 5. qui alios refert. afferens, idem est, cum sententia est juxta acta iniqua non notoriè, ac si justa foret secundum allegata, & probata, contra eum tamen lata, qui innocens est, quod ipsi exequitori patet, nam utroque casu tuè exequitur, si commodè se excusat non valeat.

Vers. Sed & si Judex ordinarius.

Judex etiam ab eo, qui tulit sententiam, ut eam exequi constanter, requisitus, tanquam exequitor, non obstante iniquitatem non notoria, parere debet, cum scilicet requisitus de causa illa properat. Incapacitatem cognoscere non potest: velut si Ecclesiastico auxiliu brachii secularis imploret in causis mere Ecclesiasticis, nam laicus judex ad illud impetrinendum compellitur; nec opus est, ut vel ipsum, vel tenor ejus de verbo ad verbum in processu relinquatur, quæ realis productio nuncipatur: Pareja num. 2. Oliver Beltram. in Addit. ad Alexand. Ludosif. decif. 59. num. 11. Alioqui verbalis est productio, quæ ad probationem nihil prodest, Pareja num. 5. 6. Unde sententia lata ea instrumento Judicij, ut tali, nota, de quo in actis non appetet, ut diximus, erit omnia nulla: Pareja num. 7. Bart. fabr. d. num. 3. ibi: Quia per hoc solum quod exhibetur coram Judice non fieret probatio. Ex his difficile defendi potest: Covar. contra. tertia teolotio.

- 39 Vers. Septimo sunt, qui in hac diff.
- Judex legi charitatis sola obligatur ad liberandum coriectum de criminis, quem ipse insolente privatum fecit: Sanch. d. dub. 16. num. 13. ubi alii, eis contra. alii placeat: videatur Diana d. resolut. 22. Unde tenebitur ea adhibere media, quæ sibi valde nociva non sint; non tamens cedere Magistratu, neque bonorum iacturam pari, quia lex charitatis cum tanto detrimento non obligat, Sanch. numer. 14. Lugo d. aisp. 37. num. 41. 49. Nec cum quis patitur ex malitia alterius, compellitur aliquis cum magno incommodo illi subvenire, Sanch. ibidem, Gutier. d. quest. 29. num. 12. vers. Hoc tamen remedium, Cordub. d. libr. 1. question. quest. 37. Vers. Secundo corollari sequitur, Jul. Clat. in prax. crim. §. fin. quest. 66. Sot. d. lib. 5. quest. 4. art. 2. Iud. vero medium remittiendi causam ad Superiorum indecisam, & apud ipsum de innocentia damnandi deponere, tunc ne-
- laicos illud auxilium postulaverit, cum Judex de illis cognoscere possit, nisi de justitia sententia sibi constet, exequi non tenebitur; atque ita ab iniqui decretri exequitione se abstinebit, Azeved. supr. a numero 9. Cancer pár. 3. capit. 19. num. 3. cum seqq. Bobadil. in peticio. lib. 2. cap. 17. num. 17. Carleval. cum aliis, n. 775. Idem iuris est cum decretri sui, vel sententia exequitionem Judex laicus alteri itidem laico Judici literishortatoriis committit, hic enim examinare debet, an justa sit sententia ex relatione auctorum ad se missa; quam si iniquam

Addit ad Covarruvias

nquam cognoverit, non exequetur, Carleval num. 777. Far. sc. in prax. q. 7. num. 34. 35. Avendañ. de exequenda mandari, 2. cap. 7. num. 6. Gamma decis. 363. à num. 3. Thesaur. act. 90. num. 7. Et ita in Hispania practicari, restatur Carleval. num. 778. qui latissimè hac de re loquitur. At cum Iudez requisitus solum ex privata scientia aliunde quam ex actis compertum habet, innocentem fuisse damnatum, aut alias secundum veritatem, esse iniquam sententiam, eam exequi poterit; Morla in empor. jar. d. tit. 2. quest. 1. num. 37. nisi commode se excusare valeat; ut ex Sanch. & Gutier. nuper dicebamus. Posset tamen dici, non teneri ad se excusandum, nisi per hoc innocens veniat liberandus, nam eadem est ratio de judicante, ac de exequente, Lugo tom. 2. d. disp. 37. num. 48.

A D C A P U T I I .

An & dolo & cavillationibus in judicio uti licet.

S U M M A R I U M .

1. Advocatis licet uti in judicio cavillationibus contra cavillantes, vel notoriè contra iustitiam litigantes.
2. Pro tuenda vita propria, vel proximi, non est licitum mentiri.
3. Mentiri in judicio, quale peccatum sit.
4. Reus non legitime a Judice interrogatus fateri non tenetur veritatem.
5. Idem est, si sibi non liqueat, num juridice interrogetur.
6. Etiam legitime interrogatus in foro conscientia non obligatur ad facendum crimen a se commissum.
7. Mentiri, cum intrinsecè malum sit, nunquam licitum esse potest.
8. Mori prius oportet, quam malo consentire.
9. Iudex quando secundum juris ordinem interrogare censetur.
10. Reus est certiorandus de indicio, vel probationibus, quae sunt adversus ipsum, antequam de crimen interrogetur.
11. Religiosus similiter potest à Prälato interrogatus de delicto celare veritatem.
12. Excipiens fateri non videtur.
13. An licet in judicio contrariis exceptionibus uti?
14. Nullam paenam patitur, qui in judicio meminitur, nisi si specialiter a jure statuta.
15. Fabricans falsa instrumenta, vel eis scienter utens, quomo do puniatur.
16. Falsum commitit, qui interrogatus tacet veritatem, accusa mendacium diceret.
17. Juridice interrogatus, ac acceperit mutuo centum? quam secreto solvit, potest, media abstractione, negare positionem.
18. Occidens hominem in sui defensionem, licet negat in judicio homicidium cum abstractione.
19. Promittens ducere Bertam in uxorem, si supervenient iusta causa non implendi, quan probare non valet, iusta conscientia negat promissionem.
20. Quoties iuste expedit celare veritatem ad tuendum honorem, vitam, vel bona, potest quis in judicio, vel extra, per abstractionem interrogantem illudere etiam cum juramento;
21. Debitor in quinquaginta, interrogatus in judicio, an centum debet? nequit simpliciter negare positionem.
22. Contrarium verius.
23. An teneatur ad litis expensas, & constituantur in mora respectu ejus, quod debet?
24. Falsus semper est in mora.
25. Insciens in judicio totum, cum pariem debet, peccat contra iustitiam, nisi restituendo animum habeat.

quod debet.

26. Non est perjurus qui negata absolute positionem, cum plus, quam debet, a se petitur.
27. Fallit, si respondeat, se nihil debere.
28. Vel si rogetur, an debet centum, aut minorem quantitatem, nam si absolute negat, perjurus erit.
29. De intellectu cap. 1. de arbitri, in 6. & 1. diem profecte, §. si plures, ff. eod. qui agunt.
30. Arbitria ad instar judiciorum inventa.
31. Jura ut lites extinguitur, maxime student.
32. Lites finiri, publicè interest.
33. Intelligitur 1. si ita stipulatus 120. ff. de verbis obligat.
34. Non est vera conditio, nisi quæ in futurum confert dispositionem.
35. Dicit. §. si plures, locum non habet in estimatoribus constitutis ad taxandum rei valorum.
36. Idem in testibus dicendum est.
37. Quid in arbitratoribus eriam verum est.
38. Arbitratores ut negotiorum gestores habentur.
39. Intra quam quantitatem valeat sententia iudicium superiorum, licet tria vota conformia non sint.
40. L. inter pares, ff. de re judicat, explicatur.
41. Deciso d. §. si plures, obiner, et si qui in majori summa condemnant, exprimant, se non consentire ei, qui in minori damnavit.
42. Expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur.
43. Qui promisit jurekrando redire ad carcere, ubi iustitia mortem timet, stare promis, aut relaxationem juramento impetrare debet.
44. Homo licet ob iustam causam vitam propriam pericula exponit.
45. Fugans se facturum rem illicitam, graviter peccat.
46. Similiter, & qui sine intentione implendi cum juramento promitti.
47. Limitatur conclusio tradita supra num. 34.
48. Qui doceant contra prefatam conclusionem, non teneri, qui juravit, reveri.
49. Promittens absque juramento in promisso casu ad carcere redire, non obligatur.
50. Licitum est, ad evitandum tormentorum cruciatum, falso sibi crimen imponere capitale, sceluso mendacio, vel perjurio.
51. Limitatur in Religioso gravi, ex cuius falsa confessione dedecus in totum Ordinem redundaret.
52. Convictus de heresi, quam minimè commisit, potest crimen fateri absque perjurio, aut mendacio, ut mortem evitare.
53. Famam propriam an quis valde prodigere?
54. Mors omnium terribilium ultimum.
55. Vita regulariter famam estimabilior.
56. Differentia inter actiones tendentes ad mortem directe, vel indirecte.
57. Iudex non potest reum condemnare, ut ipse se occidat.
58. Excepta revelatione divina, nemo potest actum in mortem propriam dirello tendenter exercere.
59. Sampson divina revelatione se interermit.
60. Ignorantia invincibilis potest à peccato excusare se ipsum occidentem.
61. Hæresis Circuitorum circa occisionem sui ipsius.
62. Intelligitur cap non est nostrum, 2. 3. quest. 5.
63. Culibet, cui specialiter prohibitum non est, livet cibos ministrare iuste damnato, ut fame pereat, sed non tenetur.
64. Virum iuste damnatum, ut fame pereat, possit respire cibos sibi oblatos contra iudicis voluntatem?
65. Vitam propriam an licet abbreviare? remissive.
66. Damnatus eriam iuste non peccat eundo ad locum suplicij; scalam ascendendo, & similia faciendo.
67. Iuste damnatus ad mortem, potest data opportunitate fugiendi, in vinculis persistere, ut moriantur.

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. II.

68. Secus in damnato iuste, nisi ob aliquem finem iustum evadere nolit.
69. An licet militi belli se exponere periculo, in quo se per rituum certò cognoscit? remissive.
70. Iuste capis, vel ad mortem damnatus, promittens cum juramento, aut sine illo ad carcere redire; tenetur servare promissa.
71. Carceratus iuste, vel iuste, fugere licet potest.
72. Fallit in Religioso per suum Pralatum iuste capto, qui fugere nequit, nisi carcere acerbis nimis sit, ut timeat paenam corporalem.
73. Servi etiam iuste bello capiti licet fugiunt, ut ad suos revertantur.
74. Fugiens è carcere non peccat, licet, ex eo custos derrement patiar, quod nec tenetur resarcire: Limitatur ibidem.
75. Fugiens à carcere, cuius ostium invenit apertum, non habetur pro confesso.
76. Fractor carceris quomodo puniatur.
77. Fugiens è carcere non punitur, si illico revertatur, modo non effregerit.
78. Iuste est cum notoriè detinetur iuste.
79. Infor conscientia regulariter cum fugere licet, licitum est etiam carcere frangere.
80. Damnatus ad mortem, vel aliam paenam, potest frangere carcere fugere.
81. Ob bonum commune vitam amittere quis tenetur.
82. Notoriè detenus iuste in vinculis publicis, nec punitur, nec pro confesso habetur, et si effractis carceribus fugiat.
83. Quando licet, notoriè detentum iuste in carcere eripere, etiam cum carceris fratione.
84. Innocens iuste in carcere detenus propter indicia, quomodo puniatur, si fugerit.
85. Iuste damnatus fugiens, tunc potest secum portare custodem impeditem fugam; & solum venialiter peccat, si ministros iustitiae a se executi, & in terram proferant, ut evadat.
86. Frangens carcere, & compedes ad fugam, tenetur damnatum paries rupi, & vinculorum resarcire.
87. Leges paenales carcerum effractores solum obligant in foro exteriori.
88. Leges paenales in conscientia non obligant.
89. Licet quis dei operam rei licita, tenetur ad damnum quod directe fecit.
90. Cooperari ad fugam carcerato, quibus licet.
91. Nulli permititur frangere carcere, ni alter evadat.
92. Limitatur in quibusdam personis.
93. Pater & filius una eadem persona existimantur.
94. Pater in filio magis, quam in se ipso patitur.
95. Quoties pater, & filius sunt pro eodem crimen torquenti, incipiendum est a filio.
96. Egregium paterna pietatis exemplum refertur.
97. Conjugua maxima dilectio.
98. Damnatus ut in vinculis sit, fugere non potest etiam sine fratione.
99. An licet damnato, ut in carcere perpetuo sit, vel ad tritemes, fugere? remissive.
100. Utrum possit imponi pena carceris perpetui? remissive.
101. Poena carceris ad tempus frequenter iure Regio interrogatur.
102. In foro interiori licet vim inferre possessori pro re propria, quam dominus, aliter recuperare non potest.
103. Interpretatur l. si quis in tantam, cum similibus, C. unde vi.
104. Potest quis tutu conscientia rem propriam, aut in specie debitam clanculum capere, et si agere judicialiter, & obinere possit.
105. Qui nullo alio modo rem propriam estimatione non vili avocare potest ab iniquo possessore, ei iuste vim

Q uod licet Advocato, citra mendacium, in iudicio industria quadam, bonoque dolo uti, ad cavillationes adversarii effugiendas, victoriamente in lite justa reportandam, cum D. Covar. in praesenti, affirmant Sanch. d. lib. 6. cap. 7. dub. 8. Sylvest. in summ. verbo, Advocatus, question. 12. Gutier. practic. lib. 1. quest. 60. num. 4. Parlad. rer. quotid. lib. 1. cap. 2. num. 16. 17. Rebus. in l. notabil. 9. C. de sent. qua pro eo quod interest, Gratian. Falcon. regul. 312. num. 5. Tiraquel. de utroq. retract. in prefat. num. 70. Bobadill. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 64. in fin. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. à num. 4. Armill. verbo, Advocatus, num. 19. Tabiena n. 13.

Ibi: Cum hoc etiam ad mortem evitandam nequaquam licitum sit.

Mentiri pro via hominis tuaenda, nullo modo licet, Padian. d. cap. 21. n. 3. Gutier. de delit. quest. 9. à n. 15. Barb. in collect. ad d. cap. ne quis, n. 1. 22. quest. 2. Lug. in princ. moral. p. 1. cap. 1. quest. 4. n. 2. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 2. n. 2. Diana par. 3. tract. 5. resol. 4. Alphon. de Castro lib. 10. aduersus heres, verbo mendacium, Sot. de ration. regend. memb. 3. quest. 3. concil. 1. Burg. de Paz in proem. l. Tauri, n. 271. in princ. Corduba in quest. Theologic. lib. 1. quest. 29. Quod verum est etiam pro vita conservanda ipsius mentientis.

Ibi: Peccat igitur Advocatus.

Sed quale peccatum fiat mentiendo in iudicio? dubium est; sunt qui cum Cajetano sentiunt, semper esse mortale, Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 2. num. 5. Mexia in tract. de taxa panis, concil. 3. num. 13. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. num. 16. 19. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 28. quest. 2. Contrarium ut probabilitus docent cum D. Covar. super. cap. 1. num. 2. Dian. par. 5. tract. 5. resol. 2. 7. Sanch. conf. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 33. num. 4. Reginald. t. 2. lib. 2. cap. 24. sect. 4. num. 44. Navarr. in c. inter verba, corollar. 64. num. 733. 736. 11. quest. 3. Medin. in summ. lib. 1. cap. 14. §. 35. & alli apud Sanch. qui materia parvitate admittentes affirmant, solum peccare venialiter, qui in re levi apud Judicem mentiuntur, iumento seculo. Idem est dicendum, cum mendacium intervenit in re gravi ad superandum illum, qui notoriè injustam causam sovet, Imola in cap. 1. num. 3. de mut. petition. Alex. in l. qui totam, col. 1. ff. ad Trebellian. Menoch. conf. 2. 3. num. 69. Arctin. in l. decem, col. fin. vel. Posset tamen dici, ff. de verbis obligat. Pacian. d. cap. 21. num. 5. qui duo concurrent debere sit, ut Advocatis cavillationi bus uti licet, tum quod justa patrocinentur causa, tum quod adversarius prius cœperit cavillari: quod verum erit, quando jus litigantium dubium fuerit; at si Pars contraaria aperte litiget iniquè, eo ipso dolosè agit l. 2. §. circa, ff. de dol. except. quare adversus eum arte, ac simulatione agi permititur, modo mendacium, & perjurium absint.

Reus non legitime à Judice interrogatus, fateri non tenetur veritatem, sed licet potest per abstractio nem decipere non juridice interrogantem, velut si, cum Ticius occiderit, interrogetur an ipsum necaverit? tutu conscientia potest respondere etiam cum juramento, si non occidisse, intelligens intra se, hodie, vel tali genere armorum, quo usus non fuit in occisione, ad qua